# APPENDIX

## Ad Sacerdotes Animarum curatores

saCer oVIVM pastor est
saCerDos.

**Ein guter Hirt gering es ſchetzet/
Wann für ſeine Schaaff die
Seel darſetzet.**

SAcerdotes ſunt Paſtores animarumque curatores, qui tanquam veri ovium Paſtores vigilare, curamque gerere debent, ut non ſolum agonizantibus infirmis, ſed & reis ad mortem damnatis fideliter aſſiſtant, oveſque ſibi creditas, quaſi in humeris portantes, ad Paradyſum perducant. O quam multæ oves, dico, animæ æternaliter perierunt, quæ in extremo periculo non habuerunt paſcentem & adju-

vantem ſe, idcirco Sacerdotes ſint vigiles Paſtores non tantum ſe ſed oves ſibi creditas fideliter paſcentes.

## Kurtze Weiß und Manier / die Mißthätiger zum Todt zu diſponiren und zum Gericht zu führen.

WAnn der Prieſter zum Mißthätiger gehet / ihn zu einem guten Todt zu ermahnen / kan er zu ihme ſprechen folgender Geſtalt: Guter Freund ich hab mit Leydweſen verſtanden / daß ihr zum Todt verurtheilet ſeyd (poſito quod ipſi mors indicata ſit ab aliis) Wann dann ewer Leib ſterben muß / ey ſo errettet ewere Seel / und bereitet euch zum ſeeligen Todt / beichtet von grund ewres Hertzens alle bewuſte begangene Sünden / erforſchet und durchſuchet ewer gantzes Leben / erwecket ſchmertzliche Rew und Leyd über ewre Sünden und Miſſethaten / nicht daß ihr den Todt und Höll dardurch verdienet / ſondern daß ihr den gütigen GOtt ſo ſchwärlich beleidiget habt / machet einen ſtarcken Fürſatz euch zu beſſeren.

Facta pridie Confeſſione & ſumpta Communione, ſi poſſibile ſit (de Con-

fel-

feſſione vide in fine: Rei quia ſani ſunt, non inunguntur) poſſunt Reo prælegi omnia, quæ in prima parte hujus libelli infirmorum continentur, quia ſemper quadrant, cum hac tamen obſervatione: Ubi ponitur (Krancker) ſetze an ſtatt deſſen (Armer Sünder)

# Seuffzer
## Eines armen Sünders.

ACh mein liebſter GOtt! mein gütigſter GOtt! O GOTT verlaß mich nicht! O GOtt ſey mir armer Sünder gnädig! O GOtt verzeyhe mir meine ſchwere Sünden! JEſu du Sohn Davids erbarm dich meiner! JEſu du Sohn der Jungfrawen Mariæ erbarme dich meiner! umb deines bittern Leydens willen verzeihe mir meine Sünden.

O H. Maria bitt für mich! O H. Maria ſtehe mir bey! alle Heil. GOttes bittet für mich! H. Schutz-Engel ſtreite für mich!

# Obſervandum eſt.

UT Reus ſæpe exerceat virtutes Theologicas, fidem ſpem & charitatem & illo die quo moriturus eſt, abſtineat omnino à vino aduſto, aut alio forti vino, quia facile turbatur ejus cerebrum, poterit abſque eo bono juſculo aliisque cibis & potu confortari, moneatq; Reum Sacerdos ut ignoſcat omnibus inimicis ſuis petatque ſibi etiam ab illis ignoſci. Et cuſtodiat ab omni evagatione ocùlos ſuos. Si ad locum ſupplicii ventum fuerit Sacerdos Reum inducat ut adhuc ſemel confiteatur, ſaltem ea quæ magis gravant, aut ad minimum repetat unum peccatum mortale ut poſſit iterum abſolvi, ſub confeſſione ſerio ipſum admoneat ad veram contritionem & actualem Dei amorem eliciendum, poſtea pro pœnitentia ipſi injungat ut ter percutiendo pectus dicat **JEſu du Sohn Davids erbarm dich meiner!** Et ſic abſolvat.

Nach der Beicht ſpreche der arme Sünder zu allem Volck dergleichen Wort: **Ich bitte euch alle um Gottes Willen/ verzeyhet mir mein böſes Exempel**

pel und bettet nur ein eintziges Vatter Unſer und Ave Maria für mich/ daß mir GOtt ein ſeeliges End verleyhe : tum Sacerdos cum Reo & omni Populo genuflexus oret alta voce *unum Pater & Ave*, Poſtquam ſurrexerint dicat ad eum.

Nun mein L. N. gebt euch getröſt in den Willen GOttes / dann mit dieſem Todt bezahlt ihr ewre ſchwäre Sünden / die liebe Engelen ſeynd gegenwärtig / welche ewere Seel in den Himmel tragen werden / vor ewren letzten Endt küſſet noch einmahl diß H. Creutz und ſprechet mit Hertzen und Mund : O HErr JEſu Chriſte in deine Händ befehle ich meinen Geiſt !

O JEſu du Sohn Davids erbarm dich meiner ! O gecreutzigſter JEſu ſey mir gnädig und barmhertzig !

Si Reus Capite plectendus Sacerdos in initio tantum dicat iſta verba.

JEſus / Maria / Joſeph / in ewre Händ befehl ich meinen Geiſt ! JEſu dir lebe ich / JEſu dir ſterbe ich / O JEſu dein bin ich todt und lebendig !

Quando lictor jam ferire intendit, parum declinet & non nominet Sacerdos amplius nomen JESU, ne Reus ex debitâ reverentiâ: inflectat Caput & ictum declinet, ſed dicat:

O GOtt ſey mir armen Sünder gnädig! O GOtt ſey mir armen Sünder barmhertzig! O HErr in deine Händ befehl ich meinen Geiſt.

Sacerdos interea paululum à lictore recedat ne ipſemet vulneretur, quam primum Reus plexus eſt, Sacerdos altum inclamet: JEſus Maria! O JEſu ſey der armen Seelen gnädig und barmhertzig.

Deinde alta voce dicat aſtantibus: O ihr liebe Leut laſſet uns doch nieder knyen und für die arme Seel ein Vatter Unſer und Engliſchen Gruß betten.

Poſtea dicat:

GOtt geb der armen Seelen die ewige Ruhe! Demum facit exhortationem ad circumſtantes ut caveant ſibi à ſimili delicto, propter quod ille miſer plexus eſt.

Si Reus ſuſpendendns eſt, Sacerdos det ipſi in primo gradu ſcalæ crucem oſculandam dicendo: Nun küſſet das H. Creutz zum letzten mahl und ſprechet mir treulich nach / ſchawet fleiſſig auff das H. Creutz / ſo ich in der Hand hab.

Tum dicat ex parte 2da. *fol.* 96.

Die andächtige Seufftzer ſo den Sterbenden ſollen zugeruffen werden nempe: JESUS MARIA! JESUS MARIA! JESUS MARIA! JEſu ſey mir gnädig ꝛc.

Dum pendet, continuet Sacerdos *ad Reum iſta ſuſpiria*, & ſi neceſſe ſit repetat uſque ad mortem.

Conſultum eſt ut Sacerdos faciat manu crucem verſus patibulum ad fugandos dæmones, ne moriturum ſuis tentationibus ſeducant, faciendo ergo crucem Sacerdos dicat:

Ecce Crucem ✠ Domini, fugite partes adverſæ ✠ Benedicat tibi Dominus ✠ & det tibi vitam æternam Amen.

Suſpenſo jam mortuo, Sacerdos pro anima ipſius Rei petit unum *Pater & Ave* & ſi velit facit Exhortationem.

Circa

## Circa Confeſſionem obſervare debet Sacerdos.

### Quod Reus ſicut & ægrotus in Confeſſione interrogari debeat.

1. An gravia peccata unquam ſubticuerit, ſacriligaſque Confeſſiones fecerit, aut indigne communiaverit?

2. An alicui honorem detraxerit proximoque injuriam fecerit, ſi ſic, ut famam aut bona per ſe aut alios reſtituat.

3. An occaſiones peccandi actu abdicare & inpoſterum declinare paratus ſit?

4. An contra decem Dei & 5. Eccleſiæ præcepta egerit? An ſuperbus, Avarus, luxurioſus aut ebrioſus, invidus, acedioſus, iracundus, guloſus fuerit? Sacrilegia commiſerit ſcandalaque verbis aut operibus dederit, &c.

Abſo-

# Abſolutio Generalis

## Danda Sæcularibus in agone ob aliquod Privilegium ſeu Sodalitatem.

ABſoluto infirmo à cenſuris & peccatis ſubjungat Sacerdos :

Auctoritate Domini noſtri JESU Chriſti ac beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli tibi conceſſa & mihi commiſſa abſolvo te ab omnibus peccatis , toto decurſu vitæ tuæ quomodocunque commiſſis, de quibus contritus & ore confeſſus es , ab illis quoque quorum oblitus uſque in præſentem diem confiteri minime recordatus es : reſtituens te illi innocentiæ in qua eras quando baptizatus fuiſti ac eidem puritati, in quantum claves S. Matris Eccleſiæ ſe extendunt. Remitto pariter tibi pœnas Purgatorij , quas propter culpas & offenſas contra Deum & Proximum ac te ipſum perpetratas incurriſti. Claudo tibi portas inferni , januam Paradiſi aperio, impendendo tibi omnem illam indulgentiam plenariam quam poſſum virtute privilegij quo potiris, ſi hac vice non moriaris hanc gratiam pro alia tibi reſervo.

Paſ-

Paſſio Domini noſtri JEſu Chriſti &c.

In Nomine Patris ✠ & Filij & Spiritus S. Amen.

## Forma abſolvendi Hæreticos.

### Miſereatur tui &c. Indulg. & Abſol.

DOminus JEſus Chriſtus te abſolvat & ego authoritate ipſius qua fungor & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli & ſummi Pontificis, in hac parte mihi conceſſa abſolvo te, imprimis ab omni vinculo excom̃unicationis majoris, quod incurriſti ob crimen hæreſeos & participationem cum hæreticis, vel oblectionem librorum hæreticorum, & ob quamcunque aliam cauſam, & reſtituo te S. Sacramentis Eccleſiæ, communitati & unitati fidelium, deinde eâdem authoritate abſolvo te ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris ✠ & Filij & Spiritus S. Amen. Vade in pace.

NB. Cum multi reperiantur tam infirmi quam rei in fide Catholica ignorantes (prout experientia me docuit) idcirco ſubjicio inſtructionem ignorantium & poſt illam profeſſionem fidei ex Concilio Tridentino &c.

Inſtru-

# Inſtructio ignorantium
# Unterweiſung
## In den nothwendigen
# Glaubens-Puncten.

ES iſt ein GOtt und drey Perſohnen GOtt Vatter / Sohn und H. Geiſt / dieſe drey Perſohnen ſind keine drey Götter / weilen ſie nur eine gemeine Göttliche Natur haben.

2. GOtt der Vatter hat uns erſchaffen / daß wir GOtt dienen und ſeelig werden ſollen. GOtt der Sohn hat uns erlöſet von der Sünd und Verdammnüß da er Menſch gebohren auß Maria der Jungfrauen / und am Creutz für uns geſtorben iſt. GOtt der H. Geiſt hat uns geheiliget im Sacrament der H. Tauff Heiligen iſt auffnehmen in die Zahl der Kinder GOttes / und zu Erben des Himmelreichs machen.

3. Alle Menſchen müſſen ſterben aber die Seel ſtirbet nicht / weilen ſie ein Geiſt iſt / und ein unſterbliches Weſen hat

4. Die

2. Die Seel nach dem Todt kombt entweder in den Himmel oder in die Höll / oder ins Fegfeur / die in einer Todtſünd abſterben / kommen in die Höll. Die im Stand der Gnaden abſterben / und nicht alle Straff der würcklichen Sünd abgebüſſet haben / kommen ins Fegfeur. Die nach empfangener Tauff kein würckliche Sünd gethan oder dieſelbige gebeichtet und genug gethan haben komen in den Himmel.

5. Wann man recht beichten will muß man erſtlich den H. Geiſt anruffen / daß er uns Gnad gebe die gethane Sünden zu bedencken. 2. Muß man Rew und Leyd darüber haben. 3. Muß man einen Fürſatz machen die Sünden zu beſſern. 4. Man muß ſich treulich ohne Scheu anklagen.

5. Man muß die aufferlegte Buß wohl verrichten.

6. Wann einer ohne Reu und Fürſatz beichtete / ſo wäre die Beicht ungültig / und würden ihm keine Sünd vergeben / Jmgleichen wann einer eine Todtſünd wiſſentlich verſchwiege / das wäre eine neue Todtſünd.

7. Man kan auch ſündigen durch die Gedancken allein; wann man freywillig ſich darinn auffhaltet und beluſtiget / ob man ſie in der That nicht begehen will.

Wann

Wann aber jemand Verlangen krüge daſſelbig in Werck zu begehen. Uber ſolchen böſen Willen muß man ſich außtrücklich anklagen.

8. In der H. Communion empfangt man den wahren Leib und Blut JEſu ſo bald der Prieſter in der H. Meß die Wort Chriſti über die Hoſti ſpricht ſo fangt an Chriſtus gegenwärtig zu ſeyn in der heiligen Hoſti.

9. Nach der Wandlung iſt kein Brod da / ſondern allein die Geſtalt des Brods das Brod iſt verwandelt in den Leib Chriſti / gleich dann auch der Wein in dem Kelch des Prieſters verwandelt wird ins Blut Chriſti,

10. Wann man die Hoſti bricht / ſo iſt Chriſtus in allen Theilen / und welcher ein Stücklein bekombt / der empfangt den gantzen Chriſtum / der aber zwey oder 3. Hoſtien zu gleich bekombt empfangt Chriſtum allein einmahl.

11. In dem Becher ſo nach der Communion geben wird / iſt nur Wein zur Abſpühlung des Munds.

12. Es iſt nicht nothwendig daß ein jedweder Menſch auß dem geheiligten Kelch trincke / weil Chriſtus es nirgend gebotten hat; Chriſtus wird empfangen unter

den

den alleinigen Geſtalten des Brodts/ und wo der lebendige Leib Chriſti iſt da iſt auch ſein H. Blut/ der dann den Leib Chriſti bekombt/ empfangt auch zugleich ſein H. Blut.

13. Wir hoffen ſeelig zu werden durch die Verdienſten JEſu Chriſti/ wann wir nur vermittels Göttlicher Hülff ſein Gebott halten/ man kan nit ſeelig werden ohne die Gnad GOttes.

14. GOtt kan uns helffen/ dannn er iſt Allmächtig/ er will uns helffen/ dann er iſt gütig und barmhertzig/ es iſt nicht allein genug/ daß man auff GOtt traue/ man muß auch das Seinige darzu thun und ſeine Gebott halten.

15. Mir ſeint meine Sünd leyd/ weilen ich die Höll zwar verdienet/ und den Himmel verlohren/ am meiſten aber/ weil ich GOtt das höchſte Gut beleydiget hab.

16. Ich liebe meinen GOtt von Hertzen/ darumb weil er mir viel Guts gethan inſonderheit um ſeiner ſelbſt Willen/ weil er das höchſte Gut iſt.

17. Es ſind ſieben Sacramenten: Das erſte der Tauff/ das ander die Firmung/ das dritte das Sacrament des Altars/ das vierte das Sacrament der Buß und Pönitentz/ das fünffte die letzte Oehlung/ das

das ſechſte die Prieſterliche Weyhung / das ſiebende die Ehe.

18. Unter dieſen Sacramenten iſt der Tauff allen / auch den kleinen Kinderen nothwendig zur Seeligkeit. Das Sacrament der Buß und Pönitentz iſt denen notwendig die tödtlich geſündigt haben.

19. Der Tauff / Firmung und Prieſterliche Weyhung / können nicht ohne groſſe Gottes-Läſterung wiederhohlet / und zum andermahl gebraucht werden.

20. Es ſind 7. Haupt- oder Tod-Sünde. 1. Hoffarth des Lebens 2. Geitz 3. Neid 4. Unkeuſchheit 5. Fraß oder Füllerey 6. Zorn 7. Trägheit: Die Sünd iſt zweyfachig / die Erd- und die Würckliche Sünd.

21. Man muß wiſſen das Vatter Unſer / den Glauben / die Zehn Gebott / die 5. Gebott der Kirchen / und die 7. Sacrament.

22. Die Chriſtliche Gerechtigkeit beſtehet in dem: daß man das Böſe meyde und das Gute würcke.

23 Die vier letzte Ding eines Menſchen ſeint: 1. Der Todt 2. Das Gericht 3. Die Höll 4. Das Himmelreich.

24. O Menſch! bedencke deine letzte Ding / und du wirſt in Ewigkeit nicht ſündigen. Eccl. 7.

Glau-

# Glaubens-Bekandtnuß.

## Auß dem Tridentiſchen Concilio gezogen.

JCh N. N. bekenne und bezeuge vor GOTT dem Allmächtigen / Maria ſeiner hochwürdigen Mutter allen lieben Heyligen / und euch gegenwärtigen / daß ich warhafftig Catholiſch bin und den wahren Apoſtoliſchen Glauben mit Mund und Hertzen bekenne / wie folgt:

**Jch glaub in GOtt Vatter / allmächtigen Schöpffer Himmels und der Erden. Und in JEſum Chriſtum ſeinen einigen Sohn unſern Herrren / der empfangen iſt von dem H. Geiſt: gebohren auß MARIA der Jungfrawen: gelitten hat unter Pontio Pilato gecreutziget / geſtorben und begraben: abgeſtiegen zu der Höllen: am dritten Tag wieder aufferſtanden von den Todten: auffgefahren zu den Himmelen / ſitzet zur rechten Gottes des Vatters: von dannen er kommen wird zu richten die Lebendigen und die**

die Todten: Ich glaub in den Heil. Geiſt eine H. allgemeine Kirch / Gemeinſchafft der Heiligen / Ablaß der Sünden / Aufferſtehung deß Fleiſch / und ein ewiges Leben / Amen.

Dieſen H. Apoſtoliſchen Glauben / ſambt allen Articulen / ſo darin verfaßt ſeyn / glaube und bekenne ich: und begehre ſie auch biß an mein letztes End zu glauben und zu bekennen.

Ich glaube und bekenne auch alle und jede Glaubens-Articulen / welche die Catholiſche / Apoſtoliſche / Römiſche Kirch glaubet und uns zu glauben fürhält und befilcht.

Ich glaube / daß ein GOtt und drey Perſohnen ſeyn: Und daß die zweyte Perſohn Menſch worden / und für uns geſtorben ſeye.

Ich glaube / daß ſieben Hoch-heilige Sacramenten ſeyn: Und daß die H. Meeß ein Hochwürdiges GOtt-gefälliges Opffer ſeye.

Ich glaube / daß im H. Sacrament des Altars / der wahre Leib und Blut JESU Chriſti gegenwärtig ſeye / und daß unter einerley Geſtalt der gantze Chriſtus genoſſen werde.

Ich glaube / daß man alle ſeine bewuſte Todt-Sünden zu beichten ſchuldig ſeye: Und daß alle Catholiſche Prieſter die Sünden zu verzeyhen / Gewalt haben.

Ich glaube / daß die Mutter GOttes eine reine Jungfrau ſeye: Und daß man ihr über alle Heilige Ehr und Reverentz erzeigen ſolle.

Ich glaube / daß man die liebe Heiligen ehren und anruffen ſolle: Und daß man ihre Bilder und Heiligthum verehren ſolle.

Ich glaube / daß neben dem Himmel und Hölle auch ein Fegfeuer ſeye: Und daß man für die Chriſt-Glaubige Seelen könne und ſolle bitten.

Ich glaube auch / daß Chriſtus der Kirchen den Gewalt des Ablaß gegeben: Und daß deſſen Gebrauch den Glaubigen gar nutz- und heilſam ſeye.

Ich glaube / daß der Römiſche Pabſt ein Stadthalter JEſu Chriſti ſeye / und daß er das wahre ſichtbahre Haupt der Kirchen Chriſti auff Erden ſeye.

Dieſe und alle andere Glaubens-Articklen / ſodie H. Catholiſche Kirch glaubet / und uns zu glauben fürhält / glaube und bekenne ich / und halte ſie für warhafft / unfehlbar und ungezweiffelt.

Hin-

Hingegen aber alle Irrthumen/ Lehren und Ketzereyen/ ſo von der Catholiſchen Kirchen verdammt/ verworffen und verflucht worden/ dieſelbige verdamme/ verwerffe und verfluche ich ebenmäſſig.

Dieſen wahren Catholiſchen Glauben (auſſer welchem niemand kan ſeelig werden) will ich biß an mein letztes End beſtändig und unverletzt halten/ und begehre in demſelbigen als ein frommer und Catholiſcher Chriſt zu leben und zu ſterben.

Und obſchon ich nicht kan begreiffen/ wie alle Ding/ ſo der Glaub lehrtt/ möglich seyn: dannoch gib ich meinen Verſtand GOtt zu lieb gefangen/ und mit tieffeſter Demuth verehre und bekenne ich alle diejenige Geheimnuſſen/ ſo ich mit meinem Verſtand nicht begreiffen kan.

Dieſen meinen Glauben will ich mit einem Eyd beſtändiglich bekennen. Und diß verſpreche ich mit auffgereckten Fingern/ durch einen leiblichen Eyd: bey der krafft der H. ſieben Sacramenten: Und bey der Warheit des H. Evangelii:

**Im Anfang war das Wort: und das Wort war bey GOtt/ und Gott war das Wort.**

# Ordo ad faciendam aquam benedictam,

## Exorciſmus ſalis.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Dom.
℟. Qui fecit Cœlum & Terram.

EXorcizo te Creatura ſalis per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ ſanctum, per Deum qui te per Eliſæum Prophætam in aquam mitti juſſit, ut ſanaretur ſterilitas aquæ ut efficiaris ſal exorcizatum in ſalutem credentium, ut ſis omnibus ſumentibus te, ſanitas animæ & corporis: & effugiat atque diſcedat à loco, in quo aſperſum fueris, omnis phantaſia, nequitia verſuti a diabolicæ fraudis omnisque ſpiritus immundus, adjuratus per eum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos & ſæculum per ignem, Amen.

*Oremus.*

IMmenſam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus humiliter exploramus, ut hanc Creaturam ſalis, quam in uſum generis humani tribuiſti, be ✠ nedicere & ſancti ✠ care tua pietate digneris

riſ ut ſis omnibus ſumentibus ſalus mentis & corporis: & quidquid ex eo tactum vel reſperſum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione ſpiritualis nequitiæ, per Dominum noſtrum JEſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat &c. Amen.

## Exorciſmus Aquæ.

EXorcizo te Creatura aquæ in nomine Dei ✠ Patris omnipotentis, & in nomine JEſu Chriſti ✠ Filii ejus Domini noſtri, & in virtute Spiritus ſancti ✠, ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem poteſtatem inimici, & ipſum inimicum eradicare & explantare valeas cum Angelis ſuis apoſtaticis, per virtutem ejusdem Domini noſtri JEſu Chriſti, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

*Oremus.*

DEUS qui ſalutem humani generis maximaque quæque Sacramenta in aquarum ſubſtantia condidiſti, adeſto propitius multi modis purificationibus præparato, virtutem tuæ benedictionis ✠ infunde, ut Creatura miſteriis tuis ſerviens, ad abigen-

igendos dæmones, morboſque pellendos divinæ grætiæ ſumat effectum, ut quidquid in domibus vel in locis fidelium hæc unda reſperſerit, careat omni immunditia, liberetur à noxa; non illic reſideat ſpiritus peſtilens, non aura corrumpens, diſcedant omnes inſidiæ latentis inimici, & ſi quid eſt, quod aut incolumitati habitantium invidet aut quieti, aſperſione hujus aquæ effugiat, ut ſalubritas per invocationem ſancti tui nominis expetita ab omnibus impugnationibus ſit defenſa: Per Dominum noſtrum JEſum Chriſtum, &c.

N. B. Hic mittat ſal in aquam in modum Crucis dicendo:

Commixtio ſalis & aquæ pariter fiat in nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ſancti, ✠ Amen.

*Oremus.*

DEUS invictæ virtutis Author & inſuperabilis imperii Rex & ſemper magnificus triumphator, qui adverſæ dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis ſævitiam ſuperas, qui hoſtiles

ne-

nequitias potenter expugnas, te Domine trementes & ſupplices deprecamur ac petimus, ut hanc creaturam ſalis & aquæ dignanter aſpicias, benignus illuſtres, pietatis tuæ rore ſanctifices, ut ubicunque fuerit aſperſa, per invocationem ſancti tui nominis omnis infeſtatio immundi ſpiritus abigatur, terrorque venenoſi ſerpentis procul pellatur, & præſentia ſancti ſpititus nobis miſericordiam tuam poſcentibus ubique adeſſe dignetur. Per Dominum noſtrum JEſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

## Benedictio Candelæ agonizantium.

Adjutorium noſtrum, &c.
Domine exaudi orationem meam.
Dominus vobiſcum.

*Oremus.*

DOmine JEſu Chriſte, Fili Dei vivi, qui dixiſti: Sint lumbi veſtri præcin-

cincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris : Bene✠dicere dignare candelam iſtam : & infunde ei per virtutem ſanctæ Cru✠cis benedictionem cœleſtem. Talemque benedictionem ſignaculo ſanctæ Cru✠cis accipiat, ut quibuscunque in locis accenſa, aut à quibuscunque infirmis in manibus portata fuerit, diſcedant & contremiſcant principes tenebrarum, & fugiant pavidi cum omnibus miniſtris ſuis, ne præſumant inquietare, moleſtare aut tentare famulos tuos, qui eam ob honorem tuum in manibus ſuis geſtaverint, tu Domine, qui es lumen ad revelationem gentium, & illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum : digneris illuminare intellectum eorum, qui lumen hoc devote ſuſceperint : ut cognoſcant te ſolum verum Deum & Patrem tuum cœleſtem : qui cum eo & Spiritu ſancto vivis & regnas in ſæcula ſæculorum, Amen.

Aſpergatur aqua benedicta.

Bene-

## Benedictiones ſuper infirmum, maxime quando jam incipit agonizare, quia repellunt diabolum & refovent afflictam animam.

Poſſunt etiam hæ benedictiones dici ſuper ſmaleficiatos aut quoscunque debiles, imo etiam ſuper ſanos.

QUI verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis, naſcens ex Maria virgine ille per viſcera miſericordiæ ſuæ, in quibus viſitavit nos oriens ex alto, & per merita atque interceſſionem ejusdem beatiſſimæ virginis Mariæ matris ſuæ, nec non & per glorioſa merita ſanctorum Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum virginum, omniumque Sanctorum, quorum nomina & interceſſionem ſuper te invoco. Ille inquam per efficaciam ſacratiſſimæ bene-✠dictionis hujus, dignetur te liberate ab omni malo, confortare in omni bono, & per felicem mortem perducere ad vitam æternam, Amen.

Aſpergat aqua benedicta in modum Crucis:

Bene-

Benedicat te Deus Pater ✠ qui te creavit in carne : benedicat te Deus Filius ✠ qui te redemit in cruce : benedicat te Spiritus ſanctus ✠ qui te ſanctificavit in Baptiſmo : benedicat te ſancta & individua Trinitas ✠ cum omni ſua efficacia. Benedicat te beatiſſima virgo Maria ✠ benedictione ſua materna : benedicaut te omnes ſancti & ſanctæ Dei ✠ benedictione cœleſti & efficaciſſima, & ego Sacerdos Dei bene✠dico te, in nomine ſanctæ matris Eccleſiæ juxta poteſtatem ab ea mihi traditam. Atque hæ benedictiones ſint & permaneant in corpore tuo & in corde tuo, & in morte tua, ne accedere ad te audeat maledictus ille ſpiritus, ſed virtute harum benedictionum fugiat procul à te; territus ſigno ſanctæ ✠ crucis Domini noſtri JEſu Chriſti: qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit &c.

Iterum aſpergatur aqua benedicta :

Sanet te Deus Pater, qui te creavit in carne; ſanet te Deus Filius, qui te redemit in cruce; ſanet te Spiritus ſanctus qui te ſanctificavit in Baptiſmo; ſanet te beatiſſima Trinitas, virtute ſua deifica & per

per omnium ſanctorum ſuorum merita, ut corpore & anima pariter ſanatus laudes divinam omnipotentiam, & enarres omnia ſua mirabilia, Amen.

Aſpergat eum aqua benedicta & ponat manus ſuper caput ejus, dicens:

Super ægros manus imponent & bene habebunt. JEſus, Mariæ Filius, mundi ſalus & Dominus, meritis ſanctorum ſuorum, ſit tibi clemens & propitius: & liberet te ab omni Febre, qui vivit & regnat &c.

*Poteris addere Evangelium S. Joannis.*

Initium s. Evangelii ſecundum Joannem.

IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum, Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt, in ipſo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille

ille lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios DEI fieri: his qui credunt in nomine ejus. Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri: ſed ex DEO nati ſunt. Et VERBUM CARO FACTUM EST, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.

N. B. Sequens Exorciſmus non ſpectat quidem ad agonizantes, poterit tamen ſub conditione certis applicari infirmis ſicut & maleficiatis.

## Exorciſmus Generalis.

### Pro maleficiato in corpore humano.

*Oremus.*

ACtiones noſtras quæſumus, Domine, &c.

*Ore-*

*Oremus.*

DEus qui Sacerdotibus tuis tantam gratiam donare dignatus es, ut quidquid in tuo nomine ab iis agitur, a te fieri credatur, quæſumus clementiam tuam ut quidquid modo viſitaturi ſumus viſites, quidquid benedicturi benedicas, ſitque ad noſtræ humilitatis introitum ſanctorum tuorum meritis fuga dæmonum & Angeli Pacis ingreſſus per Chriſtum Dominum &c.

Deinde flexis genibus legat Litanias *B. M.* Virginis vel omnium ſanctorum deinde *Pater noſter & Ave Maria.*

℣. Exaudiat te (vos) Dominus in die tribulationis.

℟. Protegat te (vos) nomen Dei Jacob.

℣. Mittat tibi (vobis) auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tueatur te. (vos)

℣. Impleat Dominus petitiones tuas. (veſtras)

℟. Nunc cognovi quoniam ſalvum fecit Dominus Chriſtum ſuum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Dominus vobiſcum.

*Ore-*

*Oremus.*

OMnipotens clementiſſime Deus & bonitatis infinitæ, qui ſecundum multitudinem ſapientiæ & miſericordiæ tuæ, quos diligis, caſtigas & flagellas omnem filium, quem ſuſcipis, te ſuppliciter invocamus, ut famulo tuo huic N. ( vel famulæ tuæ N.) qui (vel quæ) in corpore ſuo membrorum debilitatem & dolorem patitur, gratiam tuam conferre digneris, ut quidquid ab eo (ea) humana fragilitate peccatum, ignoſce, quidquid diabolica in eo (ea) pravitate corruptum aut violatum eſt, purgare reſtituere, ſanare digneris nocumento omni ac dolore ſublato, cunctiſque malorum ſpirituum peſtiferis machinamentis procul depulſis. Miſerere Domine contritionis & pœnitentiæ, miſerere gemituum & lachrymarum illius, cunctorum circumſtantium gloriam tuam & miſericordiam pro illo (pro

illa)

illa) humiliter implorantium , & non habentem fiduciam , niſi in miſericordia tua , ad tuæ gratiam reconciliationis clementer admitte per Chriſtum Dominum , &c.

*Oremus.*

PReces famuli tui quæſumus Dominè clementer exaudi , ut qui juſte pro peccatis ſuis affligitur , pro tui nominis gloria miſericorditer liberetur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

*Oremus.*

DEus qui beatum Petrum à vinculis abſolutum illæſum abire feciſti , famuli in afflictione conſtituti vincula abſolve , & eum mente & corpore illæſum abire concede per Chriſtum Dominum noſtrum , Amen.

Surgat & aſpergat infirmum aqua benedicta.

## Lectio Libri Exodi.

IN diebus illis ingreſſi Moyſes & Aaron ad Pharaonem , fecerunt ſicut præceperat

perat Dominus, tulitque Aaron virgam coram Pharaone & ſervis ejus, quæ verſa eſt in colubrum, vocavit autem Pharao Sapientes & Maleficos, & fecerunt etiam ipſi per incantationes Ægyptiacas & arcana quædam, ſimiliter projeceruntque ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones, ſed devoravit virga Aaron virgas eorum. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

## Lectio S. Evangelii ſecundum Marcum.

IN illo tempore recumbentibus undecim diſcipulis apparuit illis JEſus & exprobavit incredulitatem eorum & duritiam cordis, quia his qui viderant eum ſurrexiſſe non crediderunt, & dixit eis, euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit, ſuper ægros manus imponent & bene habebunt. Et Dns quidem Jeſus poſtquam locutus eſt eis, aſſump-

ptus eſt in cœlum, & ſedet ad dextram Dei. Illi autem profecti prædicaverunt ubique Domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. ℟. Laus tibi Chriſte.

Per Evangelica verba tolllantur & deſtruantur in te N. omnia diabolica opera, Amen.

## Ex Pſalmis.

DIſperdat Dominus univerſa labia doloſa & linguam magniloquam. Reges eos in virga ferrea, & tanqumam vas figuli confringes eos. Sicut deficit fumus deficiant, ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie DEI. Sicut cera quæ fluit auferentur, ſupercecidit ignis & non viderunt ſolem. Quoniam brachia peccatorum conterentur, confirmat autem juſtos Dominus. Niſi converſi fueritis, gladium ✠ ſuum vibrabit, arcum ✠ ſuum tetendit & paravit illum & in in eo paravit vaſa mortis. Sagittas ſuas ✠ ardentibus effecit. Hic accipiet benedictionem à Domino ✠ & miſericordiam à DEO ſalutari ſuo. Dirumpamus vincula eorum ✠ & projiciamus à nobis jugum ipſorum.

Benedicat ✝ te Dominus ex Sion, qui fecit cœlum & terram.

## Exorciſmus.

EXorcizo te corpore infirmum, ſed per Spiritum ſanctum ex ſacro Baptiſmi Sacramento renatum, per DEUM ✠ vivum, per DEUM ✠ verum, per DEUM ✠ ſanctum, per DEUM, qui te primum de terra creavit, & poſtea Sathanæ fraudibus perditum, pretioſo ſanguine ſuo redemit, & effugiat atque diſcedat à te omnis phantaſia, nequitia ac verſutia diabolicæ fraudis, omnisque Spiritus immundus adjuratus per eum qui venturus eſt judicare vivos & mortuos & ſæculum per ignem, Amen.

ET tu maledicte Sathana, quisquis huic famulo DEI N. per quoſcunque vel quomodocunque læſionis aliquid intuliſti, recognoſce ſententiam tuam, da honorem & gloriam DEO vivo & vero; da honorem JEſu Chriſto filio ejus DOmino noſtro, da honorem Spiritui ſancto paraclito, ut cum omnibus noxiis & maledictis operibus tuis ab hoc

ſervo

ſervo DEI ad imaginem ejus facto & pretioſo ſanguine Chriſti filii ejus redempto confeſtim abcedas, nec amplius ei vel rebus ipſius diutius nocere præſumas, per eundem Dominum noſtrum JEſum Chriſtum, qui cum Patre & ſpiritu ſancto vivit & regnat per infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

## Exorciſmus Generalis.

EXpelle Domine JEſu Chriſte per virtutem tuæ Ss. Paſſionis omne maleficium taciturnitatis & omnes faſcinationes, ligaturas ſignaturas, facturas & omne opus nefarium diaboli ab hoc famulo de capite ✠ capillis ✠ de ventre ✠ de vertice ✠ de fronte, de cerebro, ab oculis, à lingua, de auribus, de naribus, de collo, de ore, de palato, de pilis, de pedibus, de genibus de cruribus, de partibus verecundis, de renibus, de lateribus, de inteſtinis, de femore, de pectore, de uberibus, de brachiis, de manibus, de ſtomacho, de corde, de unguibus, de oſſibus, de nervis, de venis, de medullis, de pulmone, de juncturis mem-

membrorum tuorum, de toto corpore, ſub, intus, & extra, de quinque ſenſibus corporis & animæ, nullumq; locum in ipſo habeant intus & foris amplius, ut ſalvus & incolumis fiat per invocationem ſanctiſſimi nominis JEſu tui, & per invocationem ſpiritus ſancti Paracliti, tu ergo Deus Pater piiſſime, qui dignatus es corpus & animam hujus creaturæ N. creare, digneris & totum corpus & animam illius ſalvare & ab omni malificio liberare per domninum noſtrum JEſum Chriſtum, &c.

---

# JESUS † MARIA.

## JESUS NAZARENUS REX JUDEORUM.

## Benedictio S. Antonii de Padua.

ECce Crucem Domini, fugite partes ad verſæ, vicit Leo de tribu Juda, Radix David, Alleluja Alleluja.

Bene-

## Benedictio S. Franciſci.

BEnnedicat tibi Dominus, cuſtodiat te, oſtendat faciem ſuam tibi & miſereatur tui, convertat vultum ſuum ad te, & det tibi pacem, † T. Dominus benedicat te.

## Benedictio S. MARIÆ ad Apoſtolos.

BEnedicat vos Filio'i, & totum hunc mundum Dominus Deus Pater, & Sponſus meus JESUS Chriſtus, Filius unigenitus meus, Spiritus Sanctus amor meus Amen.

*Ex S. Andréa Cretenſe.* Chriſtus Rex ✠ T. Venit in pace ✠ Et DEus factus eſt homo. J. N. R. J. Qui Verbum Caro factum eſt, & habitavit in nobis, naſcens ex MARIA Virgine, per ineffabilem pietatem, & miſericordiam ſuam piiſſimam, & per intercesſionem ejuſdem *B. M. V.* Angelorumq; omnium, maximè Apoſtolorum & Evangeliſtarum ſuorum Joannis, Matthæi Marci & Lucæ, ipſum quæ ſo, ut dignetur me liberare & conſervare ab omni infe-

ſtatione ſatanæ, & miniſtrorum ejus qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat ſæcula ſæculorum, Amen.

Benedictio DEI Omnipotentis, Patris & Filii & Spiritus ſancti, deſcendat ſuper nos, & fructus terræ, & maneat ſemper, Amen.

PAX D. N JEſu Chriſti ✠ virtus paſſionis ejus ✠ & ſignnm S. Crucis ✠ Integritas *B.* Mariæ V. ✠ benedictio Sanctorum DEI. Titulus Salvatoris noſtri in Cruce J. N. R. J. ſit triumphalis hodie & quotidie, inter me & inimicos meos, viſibiles & in viſibiles contra omnia pericula animæ & corporis mei omni tempore & loco, Amen. Gaudebo & exultabo in deo meo O JEſu, JEſu, eſto mihi JEſus, JEſus Creator, Comprehenſor & Judex univerſi.

## Benedictio S. Vincentii Confeſſoris.

SUper Ægros manus imponent, & bene habebunt. JEſus Mariæ Filius, Mundi ſalus & Dominus, meritis *B.* V. Sanctorũ Angelorum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum atque Virginum ſit tibi clemens & propitius, Amen.

Dominus JEſus Chriſtus apud te ſit, ut te ✠ defendat, intra te ſit ✠ ut te conſervet, ante te ſit, ut te ✠ deducat. Poſt te ſit, ✠ ut te cuſtodiat, ſuper te ſit, ut te bene-

bene ✝ dicat. Qui cum Petre & Spiritu ſanctoin unitate perfecta vivit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.

Benedctio DEI Omnipotentis Pa✝tris, & Fi✝lii, & Spiri✝tus ſancti, deſcendat ſuper te, & maneat ſemper tecum, Amen.

*Ad cognoſcendum ſi aliquis vexetur à ſpiritibus immundis.*

IN nomine Pa✠tris, & Fi✠lii, & Spiritus ✠ ſancti, Amen. Hel ✠ Heloim ✠ Sothir ✠ Emmanuel ✠ Sabaoth ✠ Agla ✠ Thetragrammaton ✠ Agios ✠ Otheos ✠ Iſchiros ✠ Athanatos ✠ Jehova ✠ Ya ✠ Adonay ✠ Saday ✠ Homouſion ✠ Meſſias. ✠ Eſcreheye ✠ Increatus Pater ✠ Increatus Filius ✠ Increatus Spiritus ✠ ſanctus ✠ JEſus ✠ Chriſtus vincit ✠ Chriſtus regnat ✠ Chriſtus imperat ✠ Chriſtus ab omni malo nos defendat Si diabolus ligavit, vel tentavit te N. ſuo effectu, per ſua opera, Chriſtus Filius DEI vivi per ſuam miſericordiam liberet te ab omnibus ſpiritibus immundis, qui venit de cœlo & incarnatus eſt in uter. Beatiſſimæ Virginis Mariæ cauſa humanæ ſalutis & ejiciendi diabolũ, & omnem malignum ſpiritum à te in profundum inferni, & abyſſi. Ecce crucem ✠ Domini, fugite partes adverſæ, vicit Leo de tribu Juda, radix David. Alleluja Al. Al.

Ini-

Initium s. Evangelii ſecundum Joannem.

IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum, Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt, in ipſo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios DEI fieri: his qui credunt in nomine ejus. Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri: ſed ex DEO nati ſunt. Et VERBUM CARO FACTUM EST, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.

† JESUS † MARIA. Ora-

*Oratio contra omnes Maleficorum, tum [illegible]num incurſus.*

QUi *Verbum Caro factum eſt.* Et in Cruce affixus, ſedenſque ad dexteram Patris; ut credentium exaudiat preces ille per ſuum ſanctum Nomen, cui omne genu flectitur, ac per merita Virginis ac Matris ejus nec non per preces omnium ſanctorum DEI.

Præſervare ab omni maleficorum ac dœmonum incurſu dignetur, qui in unitate perfecta vivit & regnat: Ecce enim ✠ Crucem Domini noſtri JEſu Chriſti in qua ſalus, vita & reſurectio noſtra, confuſio omnium maleficorum ac dæmonum. Fugite ergò partes adverſæ Nam ego conjuro vos dæmones infernales, & ſpiritus, malignos, cujuſcunque generis, ita præſentes ſicut abſentes, quomodocunque, & ſub quocunque prætextu, aut vocatos, aut invocatos, aut ſponte, aut miſſos, aut per incantationem, ſeu per artem malorum hominum, aut mulierum properatis ad habitandum, vel moleſtandum, quatenus ſemotâ diabolicâ fraude incontinenter debeatis per DEUM vivum ✠, verum ✠, ſanctum ✠, Patrem ✠, Filium ✠, & Spiritum ſanctũ, præſer-

ſertim per eum, ✠ qui in Iſaac eſt immolatus ✠ & in Joſeph venundatus ✠, in agno occiſus, in homine crucifixus, in cujus ſanguine vicerunt vos, quando Michaël pugnavit vobiſcum, & fecit victoriam recedere, appropinquantes retrocedere, nec valeatis ſub quocunque pretextu moleſtare Creaturam iſtam, nec in corpore, nec extra corpus, nec perviſionem, nec per terrorem, neque de nocte, nec dormiendo, nec vigilando, nec comedendo, nec orando, nec aliquid naturale, nec ſpirituale faciendo, aliter vobis infundo ✠ omnes maledictiones, excommunicationes ✠ & pænas tormentorum detruſionis in ſtagnum ignis & ſulphuris per manus inimicorum veſtrorum ſanctâ Trinitate jubente, Michaële Archangelo exequente.

Nam ſi tene mini aliquo vinculo præcepti, adorationi ſuffu;migii, innodationis, artis & facturæ, ad quemcunque per verſum finem, & effectum compilato & fabricato, ſive in herbis, verbis, lapidibus, elementalibus, ſive naturalia ſint, ſive ſimplicia, aut mixta, temporalia, aut ſpiritualia, aut Sacramentalia, aut in nominibus magni DEI, aut Angelorum,

ſive

ſive incharacteribus, horis, minutis, diebus, anno, menſe, ſuperſtitioſè obſervato cum pacto expreſſo, aut tacito etiam juramento firmato, omnia illa irrito annullo, deſtruo, per potentiam Patris, qui totum mundum creavit, per ſapientiam Filii Redemptoris, per bonitatem Spiritus ſancti, qui totam legem adimplevit, qui eſt ✠, erat ✠, venturus eſt ✠, He Heloym Sother ✠, Emmanuel, Sabaoth ✠, Agla ✠ Tetragrammaton Omnipotens agios ✠ O Theos ✠ Iſchiros ✠ Athanatos ✠ Jehova, + Alpha & Omega + Principium & Finis + Ya + Adonay + Homouſion + Meſſias + Eſcreheye + Increatus Pater +, Increatus Filius +, Increatus Spiritus ſanctus +, Jesus Christus vincit +, Chriſtus regnat +, Chriſtus imperat +, ſi diabolus ligavit, vel tentavit te. ſuo effectu, vel per ſua opera.

Extinguatur ergò in Creatura iſta, & fugetùr omnis virtus diabolica per delationem ſanctiſſimæ Crucis, invocationemq; Apoſtolorum, Archangelorum, Patriarcharũ, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, nec non B. Virginis, & omnium in Cœlo regnantium cum agno occiſo ab origine mundi, & bene viventium in Eccleſia Dei.

Re-

Recedite ergò, ſicut fumus jecoris piſcis combuſti, dictante Raphaële, ſpiritum à Sara fugavit, ita benedictiones iſtæ expellant vos, ut non audeatis accedere ad hanc Creaturam inſignitam ſigno ſanctæ + Crucis, per milliaria centum, quia mandatum meum non eſt meum, ſed ejus, qui miſſus eſt à ſinu Patris, ut opera veſtra deſtrueret, ut in ara Crucis deſtruxit, nobis talem dedit poteſtatem, ad gloriam ſuam, & utilitatem fidelium, vobis imperandi, prout imperamus & præcipimus, ut non audearis accedere per Chriſtum Dominũ noſtrum. + Ecce crucem Domini, fugite partes adver æ, vicit Leo de tribu Juda, radix David Alleluja, Amen. Amen. Amen. Fiat, Fiat.

---

# Exorciſmus.

## Efficaciſſimus pro maleficiatis.

CОnjuro vos ✠ dæmones inferṅales Spiritus maligni, qui fertis malum contra hanc creaturam Dei N. & qui fabricaſtis & conſervatis, maleficium contra ipſam fabricatum per Deum Patrem Omnipotentem

tem ✠ filiumque ejus unicum Dominum noſtrum ✠ JEſum Chriſtum, & per Spiritum ✠ ſanctum paraclytum ab utroque procedentem, & vobis præcipio quicunque noxia contuliſtis huic creaturæ Dei N. ſive jam facta ſint ſive quæ ſient, per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ ſanctum, & per ſacratiſſimum tremendum & honorandum nomen Dei Adonai, ut non noceatis huic creaturæ Dei N neque illi impoſterũ appropinquetis, neq; quæ ad illam pertinent, ſed recedite ab eâ & deſtruamini à potentiſſima manu dei, ita ut ad nihilum ſtatim deveniatis, & ab ea deficiatis, ſicut deficit fumus, & ſicut fluit cera à facie ignis, ut remoto omni impedimento Sathanæ & miniſtrorum ejus, omni mora poſtpoſita, ſine fraude & fallacia dæmones deſtruatis omnes faſcinationes, ligaturas, ſignaturas, facturas & omne opus nefarium diaboli, per nomen Dei vivi & per virtutem ejus, qui eſt

Alpha

Alpha & Omega, principium & finis, carens principio & fine, qui ambulat ſuper pennas ventorum, & omnia ex nihilo creavit, per quem omnes Sancti & Electi Dei beatificantur in Majeſtate divinæ eſſentiæ ejus, ante cujus faciem præcedit ignis, & inflammabit vos inimicos ſuos. Conjuro vos dæmones rebelles Dei omnipotentis inimici triumphotoris IESU Chriſti Nazareni Spiritus nefandiſſimi, qui non ceſſatis hanc creaturam Dei lædere & veſtris maleficiis vexare per potentiam illius, qui vos in tanta dignitate creavit, qui vos ſuperbientes mox cum complicibus eliminavit, qui vos ibi igne & ſulphure cruciandos ligavit, qui de intemeratâ virgine Maria ſumpta carne paſſibili, pedibus ſupra mare ambulavit, qui cœco oculos apperuit, Lazarum de morte ſuſcitavit, M. Magdalenam à malignis ſpiritibus & omnibus peccatis miſericorditer abſolvit & liberavit, per ipſum in quam vos conjuro

ac potentiſſime vobis præcipio per virtutem omnium conjurationum, alligationum & vinculorum, quibus in nomine Domini noſtri JEſuChriſti conJurari, conſtringi, ligari, fugari, torqueri &ad pœnas aliquas damnari poteſtis, ut protenus deſtruatis & ad nihilum redigatis omnia maleficia incantationes, faſcinationes, ligaturas, ſignaturas, facturas & omnia opera diaboli & miniſtrorum ejus. Per magnum & honorificandum nomen Dei Adonai & per virtutem ejus vobis præcipio, ut non habeatis virtutem aut potaſtatem conſervandi illud, ſed per virtutem paſſionis Domini noſtri JEſu Chriſti illa ad nihilum redigatis, ac ſi facta non fuiſſent, & per illum, qui orbem contremere facit, vobis impero & mando ut non habeatis authoritatem vel poteſtatem ulterius nocendi huic creaturæ Dei N. nec in die, nec in nocte, nec orando, vigilando aut dormiendo, nec ſtando, nec ambulando nec ſedendo,

dendo, nec comedendo, nec bibendo, nec aliquod aliud opus faciendo, nec habeatis poteſtatem amplius ingrediendi domum ejus veſtris maleficiis, aut ibi ſtando aut morando, nec in ulla figura ei apparere poſſitis, illi ſcilicet terrorem aut anxieatatem incutiendo, ſed liberam & ſanam & ſine ulla læſione animæ & corporis illam relinquatis deſtructis omnibus maleficiis; incantationibus, ligaturis, ſignatutis, facturis illi arte diabolica factis, per potentiam & virtutem illam qua DEUS diviſit mare rubrum per quod populus Iſraëliticus ſuis pedibus pertranſivit, & per virtutem illam, qua DEUS Lazarum à monumento ſuſcitavit & languidum ſanavit, & cœcum natum illuminavit, & per potentiam illam, quâ ipſe portas inferni deſtruxit, & ſua omnipotenti virtute januas Cœli aperuit.

Aſpergatur aqua benedicta.

FINIS.